Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

gemitibus in feretro cunctis stupentibus
et veluti amentibus effectis. tamquam si a somni-
ni dormiens excitaretur mirabiliter
exurrexit. Cumque a Romano pontifice
remoto de ecclesia maiori beati petri apos-
toli universo populo clausisque foribus
interrogaretur. intulit ista verba.
Dum starem divino examini iudicandus
et iam per vestium et ciborum quibus hat-
tenus usus eram nimiam superfluitatem
tartareis cruciatibus condempnarer
Subito adveniens quidam sole splen-
didior niveque candidior quem fuisse glo-
riosum hieronimum ad se invicem re-
ferentibus qui astabant intellexi presi-
denti iudici flexis genibus animam meo
corpori iungi porrectis precibus impetra-
vit quibus finitis verbis in ictu ocu-
li inde recedens anima uti cernitis corpori
est coniuncta Ad hoc mirati sunt summus pon-
tifex et ceteri videntes fiunt hec
nota populo extra ecclesiam expectanti
confractis ecclesie foribus protinus
ecclesiam intrant omnes magnis vocibus
deum et gloriosum hieronimum collaudantes

Multa nos mentis affectio
commovet et contristat in-
tellecto quod quam plurimi epistolarum

109